

**Autoritate Rectoris Academiæ ... Domini Friderici, Ducis Ac Principis Hæreditarii  
Megapoleos ... Pro-Rector Et Senatus Academiae Rostochiensis Litterarum  
Cultoribus S. Non eruditionis solum diligentiaeque laude, qui liberalibus operam  
suam navant artibus, verum & virtute morumque elegantia praestare debere ... :  
P. P. Svb Sigillo Academicō. D. II. Mensis Junii, Anno MDCCXLIX.**

Rostochii: Adler, 1748

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791142477>

**Abstract:** Verordnung über das Benehmen der Studenten in der Öffentlichkeit, besonders das Verbot des Rauchens und nächtliches Lärmen betr.

Druck    Freier  Zugang



Leges etc  
Academie Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~

Rostock, Sign.

~~RIA 4~~

~~RIA 4~~

K. e. — 47. <sup>1-69</sup>

39



AUTORITATE  
RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMI,  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DOMINI FREDERICI I.**  
DUCIS AC PRINCIPIS HÆREDITARI MEGAPOLEOS, PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SUE-  
RINI AC RACEBURGI, COMITIS ITEM SUERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ATQUE STARGARDIE,  
DYNASTÆ,  
DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,

**PRO·RECTOR ET SENATUS**  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS  
LITTERARUM CULTORIBUS

S.

**N**on eruditio nis solum diligentia que laude, qui liberalibus operam suam navant artibus, verum & virtute morumque elegantia praestare debere, non immerito veteres iam postularunt sapientes, qui quod scientiae mores emoliant, nec sinant esse feros, graviter prudenterque pronunciarunt. Ea namque est litterarum humani orum ratio atque indeles, ut ingenii vires acuant, mentem accurata rerum cognitione imbuant, & quod princeps est, ad virtutis, morum modestiaeque studium incitent blandeque allificant. Quare etiam, qui scientiae licet copia abundantes, sordidam abiectionemque vitam ducere non erubescunt, eruditorum nomine vix ac ne vix quidem insigniendos esse iudicare solent, qui ista subtilius queruntur. Ignorare Vos, COMMILTONES DILECTI, talia non oportebat, qui Musica, castis illis mansuetisque Veterum Deabus, nomina vestra, vitam operamque dediſtis, quique ab iis, quorum doctrinæ vos commissitis, dum haec eftis edocēti, haud nefcii, non scientiae solum, verum & probitatis decorique vos esse debere studiosissimos, quo ex utroque aliorum benevolam voluntatem, favorem, atque gratiam vobis concilietis. At vero, animadvertisimus ex aliquo tempore, idque inviti plane dolentesque, inveniri in hac litteraria nostra civitate, qui vel quod aequum est decerque negligentes, vel ipfas nostras, de perpetuo elegantiae morumque studio publice fancitas LL. gratis habentes, in dedecus, bonorumque reprehensionem, odium & indignationem incurre, nulli veretur. Eos, nunc ex numero vestro innuimus, qui togis cubicularibus, quarum usus omnis in museis quidem atque priuatis parietibus continens est, induti, & nicotianæ fumum trahentes non per plures solum plateas, sed vel per totam discursare urbem haud dubitant, eosque, qui nocturnis, ne quid gravius dicamus, clamoribus, tumultibusque civitatem omnem turbant, qua ipsimet frui nolunt, quiete alios quoque invidi privantes. Aegrius iam dudum prava haec instituta veltra tulimus, & nunc praeципue ferimus, cum AUGUSTI NOSTRI SERENISSIMI DUCIS, CHRISTIANI LU- DOVICI, DVCHIS MECKLENBURGICI rel. DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI & SERENISSIMAE DV- CALIS DOMVS, Procerumque, faxit DEUS! felicissimus adventus, in hanc urbem, Academiae huius domicilium, infat. Sane, tam augusta PRINCIPIS OPTIMI praefentia aliam vitam adserit, alios mores postulat. Serio itaque Vos, o nostri, atque graviter monemus, ut officiorum exponentibus, nostramque indignationem in vos derivantibus coepitis sedulo abstineatis. Et ne quis male affectus impune se talia committere posse, fallo fibi persuadeat, sequentes, olim iam promulgatas LL. denuo repetimus, vi quarum

- I. *Qui vel toga cubiculari vestitus, vel nicotiana utens, per plateas inter diu vagari deprebendetur, eundem in carcere adducatur fatim curabimus, quo ita immodeſtiae ſuae poenam huat.*
- II. *Qui vero nocturnos clamores excitabunt, urbenque infenſis, ſuis tumultibus infestabunt, eos, quam primum delata ad Pro-Rectorum nomina ipſorum fuerint, ex Academia bac, litterariaque noſtra ſocietate exire iubebimus.*

Id vero vobis agendum est, Commilitones, ut, quemadmodum LL. Academicis, quibus fidem velstram deditis, omnibus, sic repetitis his nostris mandatis inveniamini, atque CLEMENTISSIMI DUCIS AC DOMINI NOSTRI & SERENISSIMARUM PRINCIPUM PERSONARUM elementia gratiaque, omnium favore, magistratusque velstrorum qui vos impense amat, benevolentia, dignos vos praebatis, quo non doctrinae modo, sed modestiae quoque virtutumque laude cunctis commendabiles & exitatis & videamini.

P. P. SVB SIGILLO ACADEMICO.  
D. II. MENSIS JUNII, ANNO MDCCXLIX.

**ROSTOCHII,**  
Tris JOANNIS JACOBI ADLERI, ACADEMIAE TYPOGRAPHI








IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diversoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dieum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis parentia, luent. Quod si post ~~bene correctionem~~ incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, ~~at~~, necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnicto cogunt, vel per ambages a veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitiates, qui sumtu nouitii epulati sibuntur, iis, qui mensa communab isto beneficio excludendis, inebriationes & ~~etiam~~ oriundacius impedianter, abhinc pl

VI. Poenae legum transacta Rectore & Concilio nec minno remittendae, sed ad tenore executioni mandandae eru

VII. Nocturnos strepitos incolarum vel personae & clamores inconditos vel prohibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & trans custodiae militari tradentur Rector Academiae vel de



qui nouitios vel direlliciunt ad conuiuum modo pecunia emunguntur. Reliqui vero hospitierum carcere coercentur, per octo dies insuper menarum conuiuia, quo nubes & rixae tanto efficiuntur sunt.

bus iudicialiter decretae sec mutandae, nec omnianae, sine villa deprecatio-

s, tumultus & alia, quiuntur, facinora, immotu iam severae leges insubitoribus, quibus cura demandata est, deprehensi manebunt, vsque dum issione, vel in carcerem

academ-